



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 36. Molinæi judicium circa hoc negotium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

necnon Cardinalis (\*) Castillionæus Episcopus Bellovacensis Conservator privilegiorum Universitatis, uterque Cancellarius tum Universitatis, tum S. Genovefæ, atque Nosocomiorum Rectores, & Ordines Mendicantium supplices quoque libellos obtulerunt, & Advocatos sibi selegerunt, qui in hac cauſa peroraverunt aduersus eosdem Patres.

Sæcul. XVI.

A C. 1565.

## §. XXXVI.

*Molinae judicium circa hoc negotium.*

Priusquam hæc cauſa in judicio agi tabatur, Universitas Caroli Molinae (\*\*) consilium expetebat, hic vero cum ejus consultatio, tum descripta typis dein divulgata fuisset, hunc in modum respondit: „Jure merito Facultas novam litem contra Jesuitas eo fine „movet, ut illos, ne docerent, præpediret, eoque hi novam in Ecclesia societatem constituant:,, porro hoc suum judicium hic idem Jurisconsultus sequentibus firmabat rationibus. I. Hi

Ee 4

Patres

(\*) NB. Hic erat apostata ille.

(\*\*) Hic erat ille, qui propter hæresis suspicionem jam ſæpius in quæſtionem vocatus, atque inclusus fuit: verum ejusmodi hominum opera ſemper utilis eſt, quoties agitur de vexandis Ecclesiasticis.

**Sæcul. XVI.** Patres novam Societatem stabiliunt  
A.C. 1565. contra prisca Synodorum decreta, nec-  
non adversus Generale Concilium Ro-  
mæ sub Innocentio III. Anno Domini  
millesimo ducentesimo decimo quarto  
celebratum, quod nova ejusmodi In-  
stituta ad certos limites restringi præ-  
cepit, ne tumultus in Ordine Ecclesia-  
stico fuscitarentur. II. Hoc idem re-  
pugnat Aulæ decretis Cardinalium Ni-  
ciæ jussu Pauli III congregatorum, alio-  
rumque Præsulum consilio; hi enim  
novas Religiones admitti vetabant.  
III. Jam dudum Petrus Alliacensis Car-  
dinalis, Armachenus Archiepiscopus,  
Guilielmus de sancto Amore, & Joannes  
Gerson idem sentiebant. IV. De-  
nique non minus æquitati, quam ordi-  
ni contrariatur, quod unacum Uni-  
versitate aliud Collegium ex extraneis  
conflatum, nec ab ea dependens, nul-  
loque pacto cum illa conjunctum tol-  
retur.

§. XXXVII.  
*Petrus Vensorius pro Jesuitis perorans.*

**P**oste inter celeberrimos Senatus Ad-  
vocatos duo feligebantur, Stephanus  
Pasquerius, & Petrus Vensorius,  
qui utrinque circa hanc caussam per-  
orabant, & quidem primus Universi-  
tatis